



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Primi Anabaptistarum Ministri seu Praedicantes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

puli à se seducti simplicitatem riste: atque intrepido animo tam ludices quam ipsam mortem, cuius apparatus videbat, vltro prouocabat. Ad supplicij locum quum peruenisset, Principes hortatus est, *vt Biblia præsertim libros Regum diligenter legent, ac verbum Dei discerent.* Hæc vltima ipsius tulerunt verba. Affirmant quidam, eum pœnitentiam egisse, in Catholica religione mortuum. Et Petrus Rebstock Lutheri commensalis, (a) ait magistrum suum post mortem Munceri, pro ipso preces ad Deum suadere solitum. E Munceri, Storckij & Hubingeri cineribus variæ Anabaptistarum sectæ enatæ sunt: è quibus deinde in infinita alia rursus pullularunt. Post Munceri enim mortem ij qui supplicium euaserant, alijque in eius schola educati, Sectam suam & religionem ad eam formam quam hodie in plerisque Christiani Orbis prouincijs videmus, redegerunt, adiunctis ad illius somnia & visiones, multis alijs delirijs. Iidem vt Religioni suæ aliquanto plus gratiæ apud vulgus nouitatis auidum conciliarent, formam baptismi mutarunt, ab omni Christianitate ad illud vsque sæculum obseruaram; & ad nouarum suarum Ecclesiarum defensionem, noua regna erexerunt, vt sequenti capite ostendam.

### QUOMODO ANABAPTISTÆ

è Lutheranis prodierint. Et sectarum quæ inter eos, comparatio.

#### CAPVT II.

#### ARGVMENTVM,

- I. E Lutheranorum schola Anabaptistas prodijisse.
- II. Primi Anabaptistarum Ministri seu Prædicantes.
- III. Lutheranismi & Anabaptistarum secta Collatio.
- IV. Lutherani Zuingliani turbas Anabaptisticas imputant.
- V. De Ioanne Matthæo primo Anabaptistarum Propheta.
- VI. De Ioanne Leidenensi primo ipsorum rege.
- VII. De eius & aliorum qui ab ipso exiit.

**A**DESTE, ô miseri errones, & paulisper mecum considerate quor scholas Sathanas erexerit, postquam vester ille Lutherus ab Ecclesia discessit: Sed bene habet. Ipsi sæculi illius infelicitatem dissimulare non potestis. Sic enim in prima vestra Centuria exclamatis: *O infelix sæcu-*

*lum in quo tot ac tanti errores nasci ac venasci visi sunt! Sed quæ caussa est huius infelicitatis, ô Lutherani? Tundite vos vestra pectora, rigate lachrymis ora, induite cilicium, & conspergite vos cinere, ac patrum vestrorum culpam deplorate. hi enim sunt tantorum malorum auctores. At nisi propius accesseritis, eosque diligenter contemplati fueritis, vix erit vt recte eos cognoscatis; quum hypocrysin miris artibus oeculent, & falsa alterius religionis arma præ se ferant. Sed lacram ipsis detrahite: sanguinem in facie, ignem in oculis, audaciam in fronte, & rabiosam spumam in ore ipsorum deprehendetis. Omnis hæc fax & colluies, quæ tanto furore ad arma concurrat, apud vos & è vobis nata est. (b) Verum quidem est, quemadmodum flumina non eundem habent saporem quem fontes; sic horum doctrinam ab illa quam Lutherus initio proposuit, aliquantum distare, atque alium velut gustum habere, ab illo tamen principium sortita est. Ad hoc probandum nullis mihi alijs testimonijs opus est, quam quæ ex vestrarum partium scriptoribus, Sleidano, (c) Bullingero, (d) Coruino, Gastio, Henrico Dorpio, (e) & Lamberto Hortensio, (f) citaturus sum: quando quidem non nescio Hofij, Lindani, Cochlaei, Staphyli, Suriij, Pratenfis seu Dupreau, aliorumque auctorum Catholicorum testimonia non multum apud vos valitura.*

II. Omnes in eo consentiunt, Anno MDCXXXII. Bernardum Rotmannum Oecolampadij discipulum ab Hassiæ Landgrauio in Germaniam inferiorem, vt Lutheri ibi Euangelium annunciaret, missum, à ciuibus quibusdam Monasterij (quæ est primaria VVestphaliæ vrbs) in suburbio receptum. Is quum se solum tanto oneri imparem putaret, aliquos adiungi sibi petiit quorum opera adiuuaretur. Additi ergo ei collegæ Hermanus Stapreda & Gotofridus Strabenijs. Stapreda quamuis Lutheranum se ferret, præceptorem habuerat Henricum Rossium, de quo paullo ante Traicstenfes ob Anabaptisimum supplicium sumserant. Quemadmodum vero extraneæ hirundines, in tritremi Antoniana eas quæ iam ibi nidificabant ac quasi

a. Tom. 1. Coll. pag. 49. b. Vide inquisit. Euang. Ederi fol. 52. & seq. & Bellum 5. Euang. c. 10. c. histor. com. libr. 10. d. Libris 6. de orig. Anab. & lib. 2. cap. 8. e. In histor. Monast. An. 1536. excusa. f. Libr. de orig. Anab. fol. 7. a. 4. Sebast. in Chron. par. 3. tit. de Anab.

ius ciuitatis acquirerant, expulerunt, & expulsa-  
rum nidus infederunt: atque vti erinaceus gelu &  
pluvia contractus in cuniculi latibulum receptus  
contra pacta hospitem suum aculeis recalescens  
expulit, sic noui hi homines nescio quibus artibus  
Catholicis ciuibus profligatis, urbem in suam po-  
testatem redegerunt. (a) Introducti à dementato  
populo noui præcones, in priuatorum ædibus  
conciones habere iubentur, quod templorum fo-  
res à Catholicis essent occlusæ, sed ad ipsa sibi vi  
& ferro aditum recluserunt. Eodem tempore Mo-  
nasterium venit fascinatur quispiam Hollandus,  
Leidensis, homo vilis conditionis, sed postea to-  
ti Germaniæ formidabilis (b) *Is Catholicorum &  
Lutheranorum discordia & contentionibus alle-*  
*ctus, occasionem hanc suas opiniones diffeminan-*  
*di valde opportunam sibi non negligendam puta-*  
*bat. Erat vero Anabaptista vehemens, astutus,*  
*eloquens, & mediocri lectionis: audax insuper &*  
*ad omnia proiectus. Is contracta cum luthera-*  
*nis ministeris familiaritate, cum ijs initio de par-*  
*vulorum baptismo contulit, tantumque effecit,*  
*vt sicut antea è Catholicis luthrani, sic è luthera-*  
*nis mox Anabaptista facti sint: quæres non Mona-*  
*steriensẽ tantum urbem, verum etiam totam*  
*VVestphaliã ac vicinas regiones grauissime af-*  
*fixit, ac pænẽ pestum dedit. Bullingerus (c) Ro-*  
*mannum hunc sacerdotem vocat; sed addere debe-*  
*bat, apostatam, ob summam hominis leuitatem:*  
*quamuis Melanchthon in epistola Anno MDXXXI.*  
*(d) in Vigilia Natiuitatis ad ipsum scripta, honesto*  
*cum ornet elogio vti mulus mulum monens præ-*  
*cipue ne ingenij sui acrimoniam miseris Zuingli-*  
*anorum quæstionibus implicari aut fatigari sinat,*  
*Vtrum Christus cælo inclusus & affixus sit, &c.*  
*Hic ille fuit Rotmannus, cuius operã templa de-*  
*iecta, atque omnia sacra contaminata sunt. Vre-*  
*nim diabolus semper est diabolus, sic hæretici sem-*  
*per sunt hæretici, ac tam ductori & doctori suo*  
*quam sibi inter se similes. Historia Cœnæ Augu-*  
*stianæ huius Rotmanni mentionem facit, vt qui è*  
*lutherano Sacramentarius, & è Sacramentario A-*  
*nabaptista sit factus nempe iuxta Philosophum:*  
*vnus corruptio, alterius generatio. Impius hic ho-*  
*mo quum aliquando cœnam suo more populo*  
*ministraret, in totius cœtus conspectu acceptam*  
*hostiam fregit, (e) exclamans: vbinam õ fra-*  
*tres, est caro & sanguis ille? Deinde in terram*  
*proiecit, ac per illusionem, si inquit hoc sit Iesu*  
*Christi corpus, annon putas in altare quam primum*

*se recepturum, & misso cœliis igne iniuriam hanc*  
*vindicturum? Hoc eodem argumento hodieque*  
*Sacramentarij, Zuingliani & Calvinistæ vtuntur.*  
*Sed nihil propterea de fidei constantia & firmitate*  
*remittere, sed potius Dei patientiam admirari*  
*oportet. Dei prouidentiam quodammodo ne-*  
*gare videntur, qui existimant Dei manum ad*  
*blasphemos vel cœlesti fulmine percutiendos vel*  
*hiatu terræ absorbendos semper armatam esse de-*  
*bere aut miracula patrare, quæ sibi adlibuerint.*  
*More eorum qui ipsi Domino distabant: Si filius*  
*Dei es dic vt lapides isti &c. Et si filius Dei est, descendat*  
*nunc de cruce, & credimus. Expecta ait S. Bernardus,*  
*nunc patientiam hebet Dominus, postea re-*  
*confutabit. Sic pagani quoque Filij Dei incarnati-*  
*onem negabant, parum eius Maieitati conuen-*  
*nire arbitrantur vt ad vilioris naturæ conditi-*  
*onem se dimittat; ac multo magis passionem eius*  
*& mortem, vt pote ignominiam & infamiam plen-*  
*am. Iniuriæ illæ quas Iesus Christus in procul-*  
*cata aut confixa hostia accepit (quamuis has nos-*  
*stro (f) quoque non minus quam S. Augustini tempore*  
*vltrus sit (g) non solum non ad eius diuinitatem,*  
*sed neque ad corpus eius pertingunt, quod immortale est &*  
*impassibile; neque vlla hic res malitiam illam hominum pa-*  
*titur quam species exteriores. Sed ad Mona-*  
*steriensẽs reuertamur. Postquam noui hi Apo-*  
*stoli Rotmanni potissimum ductu, ciuitatem*  
*expulsis Catholicis & lutheranis, suæ potestati*  
*subiecerunt, populus vniuersus rebaptizatus fuit,*  
*partim vi & metu, partim simplicitate quadam,*  
*quod, iram Dei metuerent, quam isti tantopere*  
*minabantur, per urbem discurrentes, & alta voce*  
*exclamantes: Pœnitentiam agite, & rebaptizamini,*  
*&c. (h) Quatuor igitur hi Ministri seu Prædi-*  
*cantes, in Lutheri schola primum instituti, memo-*

M 3 res

a Sur. cum hist. an. 33. fol. 230. Cochl. in Act. Luth.  
fol. 287. M. Kersebrah. hist. furoris Anab. Monast. Me-  
thoniensis in Hist. Anabap. Dorp. hist. monast. b. 1. c. 11. a.  
Bulling. de rig. Anab. lib. 2. cap. 8. fol. 46. & 47. b. Mo-  
derus de anth. Anab. fol. 87. Hortens. lib. 2. de Anab. fol.  
25. & seq. Sleidanus lib. 10. c. lib. 2. cap. 8. d. Eam epist.  
ad Rot. recitat. Selnecc. fol. e. Vide Dorp. an. 33. b. 1. c. 2.  
f. Leuchtrig. spec. Exempl. catechif. Historialis &c. g. Opt.  
lib. 6. Chryf. ep. 1. ad Ann. h. Boland. in hist. monast. lib. 3.  
Bulling. lib. 2. cap. 8. pag. 47. Hortens. fol. 61. Ederus in  
inquisit. Euang. fol. 52. Prateol. catalog. hæretic. in. de A-  
nab. Meshonius in hist. Anabap.

res è magistro sæpè se audiuisse, Sacramenta sine fide recipi non posse (a) eoque nomine VValden- ses ab ipso reprehensos quod infantes baptizarent in eam fidem quam adulti essent habituri (valde enim errant qui Waldenses cum Anabaptistis sentire existimant, quorum illi errorem in Apologia sua aperte detestantur) atque adeo professum esse, melius esse vt infantes sine baptismo relinquatur quam sine fide baptizentur: hanc Propositionem, vt Hofius (b) & Staphylus scribunt, doctrinæ suæ fundamentum constituerunt. Hinc Balthasar ille Hubingerus, de quo supra gloriatus est se habere Lutherum opinionis suæ auctorem atque assertorem: de quo ille postea conquestus, & numquam infantium baptismum à se reprobatum professus est frustra, nam qui asseruerat factus esse infantium baptismum omitti, quam sine propria fide baptizari, certe pædobaptismum improbauerat, cum euidentis sit infantes propriam fidem ante baptismum habere non posse. Atqui etiam antequam Balthasar Anabaptistæ Sectæ vexillum extrulisset, iam Roffensis Episcopus & Cochlaus Lutheri errore de pædobaptismo publicis scriptis exprobrarant. (c) Et Lamperus Hortensius, qui integrum librum De Anabaptistis scripsit, quamuis Lutherum à calumniâ hac, vt ipse dicit, purgare satagat, fatetur nihilominus eius librum De libertate Christiana in Germanicam linguam conuersum, nonnullam turbis illis occasionem dedisse. Eoque Cochlaus ad Saxoniam Ducem recte scripsit, (d) Si Hubingerus in suo ignis supplicio sit affectus, cur Lutheri vitæ permittetur, qui infelicitis illius sectæ primus esset auctor?

III. Quod si quis duas has Sectas inter se conferat, multis in rebus similes esse deprehendet vt ex vna radice pullulasse non possit negari. Anabaptistæ manuum suarum labore viuunt, nec cuiquam in ipsorum cœtibus ocioso viuere licet. Ideò Prædicans è cathedra in officinam suam se confert, aut etiam in agro stiuam rursus apprehendit, vt infra ostendam. Aiunt enim hoc à Deo ita mandatum esse, dicente: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Eadem imaginatio Lutheri ac Melanchthonis animi in initio subierat, adeo vt dicerent, omnes Artes liberales tamquam inutiles, & quibus adolescentium ingenia frustra detineantur ac deterantur, è Republica proferendas, ac solam agriculturam aliaque ad vitam sustentandam necessarias artes exercendas esse. Atque hanc ob causam Staphylus ait, multos agris colendis & pecori pascendo operam dedisse. (e) Quin ipse Melanchthon pistori operam suam addidit, vt victum sibi compara-

ret. (f) & Carolstadius, vnus ex primis Lutheri discipulis, lituæ manum admouit, ac ligna vernalia VVitebergam conuexit. (g) Sed Lutherus è Parnomo sua reuertus, ab hoc instituto eos diuertit, vt supra dictum est. 2. Anabaptistæ nullum alium librum quam sacra Biblia legere volunt, eoque omnes reliquos libros in ignem coniecerunt. Annon eadem fuit Lutheri opinio, Anno MDXX ad Germaniæ Nobilitatem scribentis? quod nimirum Aristoteles, Plato, & alij eiusmodi libri ex Vniuersitatibus eijciendi sint; & etiam figulus maiorem habeat rerum naturalium intelligentiam quam omnes illi Philosophi. (h) Ex quo factum est, vt multi libros omnes combusserint, solo Bibliorum codice excepto: in quo aiebant omnes artes, omnes scientias contineri. Immo quibusdam in locis publicæ scholæ clausæ fuerunt, vt supra dixi. Anabaptistæ, inquit Galtius, bonas litteras & Philosophiam contemnunt. Id quod etiam Vadianus ad Bullingerum testatur. Quam quidem illi opinionem etiam S. scripturæ auctoritate tuentur. Idem facit Lutherus, (i) allegans illud D. Paulli ad Colossenses cap. 11. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa Mundi, & non secundum Christum.* quem ille locum, vt supra, insigniter in Germanica versione corrupit. Ab illa vero sententia Lutherus non multo post discessit, vt ex libro eius *De Scholis instituendis* videre est: vt i & Melanchthon, edito *De legibus* libro, & alij plerique Lutherani: in qua tamen Anabaptistæ pertinaciter adhuc manent. Quamuis de Lutheranis etiam Vadianus & Galtius (k) scribant. Multos adhuc reperiri Pastores Euangelicos, qui indifferetio quodam zelo abrepti, in ea sint hæresi, Pastoribus ad pascendum gregem Domini, nullis alijs scripturis aut de Philosophia scriptis libris, sed Sancta tantum scriptura vel Biblijs opus esse. 3. Anabaptistæ Magistratum ferre recusant, vsi ad hoc scripturæ testimonijs male detortis. Lutheri libri *De facu-*

lari  
a *Supra cap. 2. ex Vlenberg.* b *Lib. 1. de hæres. nostri tēp. p. 431. 00. 2. c Hof. ib. fol. 432. Cochlin. Act. p. 102. & 103. Hortens. in princ. fol. 8. a. 4. d Cochl. ep. ad Georg. D. Sax. c. L. Osiad. c. 10. lib. 1. c. 23. p. 85. Coch. in Act. p. 72. & 126. a. 25. Sur. cōm. hist. a. 1522. p. 115. Selnecc. hist. Conf. Aug. fol. 26. Sleid. lib. 3. fol. 60. & seq. Pom. Chron. Sax. a. 22. Cytbr. Fabr. & aly. Hist. cōf. Aug. a. 24. p. 38. f. Vid. ipsi. Pres. sup. Annot. & Alb. cōf. Car. g. Bismarck. in Vita Carl. h. Vid. Staph. de Ger. Bibl. vers. & de Luth. cōcor. i Luth. lib. 2. ad Nob. Germ. de lib. Chr. st. k. De Lut.*